



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 2. An per Professionem solemnem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

& vitorum indifferenter; ergo certum est Matrimonium ex natura sua esse indissolubile. Antecedens conceditur ab omnibus Catholicis, & ferè etiam ab omnibus Ethnicis, & probatur communiter ex causa finali Matrimonii, quæ est suscipere, & educare, benèque instruere prolem: ad quod omnino requiritur, ut certum ineat Matrimonium. Consequentia verò probatur, nam, si Matrimonium esset ex natura sua, sicuti ceteri contractus, dissolubile ex mutuo consensu contrahentium, posset relinqui viri, & uxores, & alii duci in Matrimonium: ergo admitteretur ipsissimè communicatio vxorum, & vitorum, quæ negatur ab omnibus. Vide, quæ dicam mox §. 2. n. 6. Qua ratione autem concesserit Deus Iudæis libellum repudii, quo relinquere suam uxorem, & aliam ducere poterant, vide apud Hurtad. loc. cit. diff. 15. alios citantem.

§. II. An sit indissolubile Matrimonium Infidelium, quando utrique conjuges per Baptismum convertuntur ad fidem?

Hoc, etiam consummatum, posse auctoritate Pontificis dissolvi, eo modo, quo inferius dicemus, iusta intercedente causa dissolvi posse Ratum Christianorum, puant Navarrus, & Sanch. l. 2. matr. d. 17. num. 2. eum citans. Negat verò communior opinio cum Azor. Coninch. & Pontio, quos sequitur, citatque Castropal. d. 3. de spons. p. 3. n. 2. quibus adde Valsq. quem citat, & excipit Aversa quasi. 2. sect. 5. V. Postremo.

2. Ne autem turpiter labaris, bene distingue. Vel enim matrimonium Infidelium consummatum, sive solum Ratum ante Baptismum, etiam est consummatum post illum; vel quavis consummatum ante Baptismum; tamen post Baptismum consummatum non est. Si illud prius, omnes conveniunt, nulla auctoritate dissolvi posse, utpote iam matrimonium Christianorum consummatum representans indissolubilitatem Christi cum Ecclesia, & Verbi Divini cum Humana Natura, æquè, ac representant cetera Fidelium consummata matrimonia. Si verò posterius, tunc erit in opinione positum an dissolvi aliqua tandem ex causa possit.

3. Et quidem (ut dicebam) Sanch. cum Navarro affirmat. Ratio est, quia tunc illud matrimonium assimilatur matrimonio rato Fidelium, quod, ut dicemus, potest solvi per ingressum in Religionem. Sed, ut item dicebam, Azor. Alique modò citati negant, quia illud Matrimonium, quavis ante Baptismum consummatum, consummatum tamen est, & nunc, cum sumus post Baptismum, non est ratio, cur careat debeat prærogativa Matrimonii Fidelium. Ergo sicuti alia Fidelium consummata matrimonia nulla auctoritate dissolvi possunt, quia id Christus Dominus nunquam concessit, ut mox c. 7. dicemus, ita, & hoc.

4. Vtraque sententia (fatente etiam Castropal. loc. cit. qui hanc posteriorem amplectitur) probabilis est. Et certè vtraque, non nisi in verosimilibus conjecturis innititur.

5. Inquires. Si vir hic conversus (hac voce compendiosa utimur, cum volumus significare, Infidelem suscepisse Baptismum) (si hic inquam vir habuisset in Infidelitate plures simul uxores, vel primam, & secundam repudiasset, & haberet in præsentia tertiam, vel quartam, atque ad fidem converterentur, quamnam ex his pro legitima uxore retinebit?

Respondo, omnino quam primam dixit etiam si cum primo solum haberet matrimonium ratum, cum aliis verò matrimoniis consummasset. Ratio est, quia, ut §. præced. vidimus, matrimonium, etiam dumtaxat ratum, est natura sua indissolubile. Cum ergo vinculum primi matrimonii nunquam dissolutum fuerit, cetera matrimonia subsequencia nulla fuerunt, & consequenter, non nisi prima est legitima, & vera vxor suo viro legitime restituenda. Ita deciditur c. gaudemus de divortii, & id esse certum in Ecclesia, notat Aversa quasi. 2.

matrim. sect. 4. V. Et Confirmatur.

6. Atque ex hac Ecclesiæ definitione confirmatur dixeris §. 1. n. 1. & 3. hæc enim definitio magis signum credendi, matrimonium Infidelium ex natura sua esse indissolubile: secus enim Ecclesiæ præsumptum foret tradere viro prædicto primam uxorem. Leg. canon. Aversa l. c. & sect. 6. V. In hac re.

7. Denique scito; Pontificem non posse per vim causa dissolvere Matrimonium duorum Infidelium consummatum, sive non, quia Pontifex non habet auctoritatem in eos, qui sunt extra Ecclesiam.

§. III. Matrimonium Infidelium, quando alter ex conjugibus convertitur ad fidem, dissolubile est.

EX tribus saltem capitibus dissolvi potest Matrimonium, etiam consummatum Infidelium, quando alter per Baptismum venit ad fidem.

Primo, ex eo, quod conjux Infidelis discedat a conjuge, & nolit cum eo habitare, non ob aliam causam, quia is fidem amplexus est.

Secundo, ex eo, quod, quamvis habitare cum conjuge velit, Creatori tamen injuriam irroget, propter Christum Dominum contemnat, si ejus cultum præbeatur, si familiam fortè se convertere volentem quovis modo impediatur.

Tertio, si Fidelem conjugem exciter ad quibet peccatum, id enim est, etiam Creatori injuriam irroget.

2. Hæc ita se habere, non aliunde, efficaciter probatur, quia ex Christi dispositione nobis promittitur, ut Sanctum Paulum 1. Cor. 7. qui de conjugibus loquitur, dicit: Quod si Infidelis discedat, discedat; non enim sumus ligati, id est legamini conjugali subjectione, si frater autem in hujusmodi, & in hunc sensum, ad quem nos hactenus asserimus, semper intellexit immò definit Ecclesiæ cap. Quanto, cap. Gaudemus de divortii.

3. Et quidem primum caput ex dictis dissolutum est physica, secundum, & tertium est dissolutum moraliter, & concordia sensu omnes Doctores explicant. Id autem si disposuit Christus Dominus in favorem Baptismi, licet Baptismus afferret onus coelibatus, vel pericula baptizatus periculum perversionis.

4. Inquires obiter. An infidelis peccet non solum nolendo se convertere, sed etiam alio novo peccato obediendo sequi suam conjugem?

Respondeo, peccare novo peccato, quia non solum facit contra legem Christi universalem obligantem ad Baptismum, sed etiam contra specialem legem matrimonii, ne detur Divortii causa, qualem certe non ipse dat. Ita Sanch. l. 7. matr. d. 73. n. 3. et Soto. & Soto.

5. Dixi autem numero 5. ex tribus saltem capitibus nam quavis aliqui Doctores hæc tria solum capitula agnoscunt pro primis Ecclesiæ temporibus pro latere in ætate (& certè fateor probabiliter) alios addeunt nimirum ipsam meram conversionem vnius Fidelis. Nos tamen dicimus, esse probabilius hoc caput, quod aliqui Doctores ut Aversa citans §. 2. matr. d. 3. n. 2. Si autem, Barb. in Collect. t. 4. p. 2. Decr. 28. q. 2. n. 2. addunt, non admittere: Censuram enim cum Hæreticis, matr. diff. 1. 1. & 12. Castropal. de spons. d. 3. p. 3. n. 2. & hanc potestatem dissolvendi matrimonium non dedit Sancto Paulo Fidelem converso, nisi, quando infidelis non conversus discedit physice, vel moraliter, ut explicatur est, & ostendunt illa alia verba universalius, dicta in alio Infidelis sanctificatus est per viam Fidelis, non per rationem negatæ dissolutionis afferret ipse conversio alterius conjugis. At certè infidelis dum physice se habet, magnum judicium etiam tunc, magis quæ spem præbet caput conversionis.

6. Non admittimus igitur diversitatem illorum primo